Laetitia. Figura stolata aversa stans, dextrâ demissâ corollam, sinistrâ elevatâ temonem tenens.

Aureus NR.

Aureus idem cu quinq; fasciolis et glomo oblongo.

Argt.

Julia Augusta. Caput cum glomo oblongo et quinq; capillorum sulcis.

Pudicitia. Figura stolata et velata insidens sellae dextram in sinum recondens, sinistram femori sinistro imponens.

Aer. subfl. med. aerugine totus obductus.

Julia Pia Felix Aug. Cap. vittatum.

Pudicitia. Figura stolata aversa insidens sellae, dextram pectori admovens, sinistrâ sellae incumbente scipionem tenens, infra est S.C.

Argt. NR.

Julia Domna Aug. Capillorum funiculi quinq; sulcis secundum cranij longitudinem positi in glomum oblongum desinunt, ad occiput sibi invicem implicati.

Monetae Aug. Figura stolata aversa stans, dextrâ bilancem, sinistrâ cornu copiae tenens.

Aer. medioc. subflavus.

Julia Pia Felix Aug. Cap. vittatum eminente è vertice fasciâ fastigiatâ.

Saeculi Felicitas. Figura stolata stans inter S.C. aversa, pectore nudo, dextrâ demissâ pateram super aram accensam, sinistrâ elevatâ caduceum, inferiore sito extremo terrae infixum tenens.

Argt.

Julia Augusta. Quatuor sulcos efficiunt funiculi capillorum, qui in glomum oblongum sibi implicati desinunt ad occiput.

Saeculi Felicitas. Figura, adversa diademate capitis velut turrito, sinistro pede insistens prorae navis, dextro brachio pueru, quē lactat amplectens. Ad pede dextrum est velut ara et ad arā temo.

Julia

Severus

Julia Augusta. Capút cum glomo oblongo.
Aeternit. Imperi. Capita Caracallæ et Getæ se invicem adspicientia, quorum illud Laureatū et barbatum, hoc verò Juvenile laureatum est. — Argt^s.

Ιουλια Δομνα Σεβ. Capút Juliæ Domnæ.
Δημαρχ. Εξου. Figura capite turrito, seminuda sedens: pectore spectatori sui obverso, dextrâ extensâ tenens ---- sinistrâ tropæum. Infra ad truncum: (tropæi): est captivus. — Argt^s. Græcus. R.

Caracalla

Antoninus Pius Aug. Germ. Capút radiatum et barbatum.
P. M. Tr. P. XVIII. Cos. IIII. P. P. Jupiter aversus insidens sella, anteriore corporis parte nudus est, dextrâq; extensâ victoriolam, (quæ dextrâ sertū tenet, sinistrâ palmam) sinistrâ elevatâ hastam in terrâ defixam tenens. Ante pedes est aquila expansis alis. — Argt^s. major.

Alius, superiore paulò minor idem. — Argt^s.

Antoninus Pius Aug. Germ. Caput ejus radiatum et barbatum.
P. M. Tr. P. XVIIII. Cos. IIII. P. P. Figurâ nudâ capite radiato stans, dexteam in sublime tollens, sinistro brachio, ex quo pars quædam tegumenti dependet, globum tenens. — Argt^s. R. elegans.

Antoninus Pius Aug. Germ. Capút radiatum et barbatum — P. M. Tr. P. XVIIII. — Argt^s. major elegantissimus.

Caracalla

Argts. major elegans.

P. M. TR. P. XVIIII. COS. IIII. P. P. Jupiter corpore obverso nudus stans, dextrâ fulmen, sinistrâ elevatâ hastam in terrâ defixam tenens.

Alius cujus inscriptio anterior eadem cum superiore, sed posterior hae est:
P. M. TR. P. XX. COS. IIII. P. P. Figura eadem, quâ supra,

Argts. minor elegans.

Alius argenteus minor etiam elegans idem.

Argts. minor.

AUREL. ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. Laureatum et barbatum.
P. M. TR. P. XX. COS. IIII. P. P. Idem cum proximo.

Argts. elegans.

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput Caracalla juvenile l. Radiatum
P. M. TR. P. XVIII. COS. IIII. P. P. Figura virilis nuda, aversa et radiata stans, dextrâ extensâ vel regens frenos quatuor equorum celerrime decurrentium, trahentiumque currum*, pone currum sunt pedes aurigantis, quâ sinistrâ videtur tenere sceptrum. Ab humero sinistro dependet pars tegumenti.
* vel ad cursum eosdem incitans.

Argts.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Juvenile Laur.
PONTIF. TR. P. X. COS. II. MARS gradivus adversus dextrâ demissâ hastam, cuspide sursum versâ, per transversum tenens, sinistrâ tropaeum per eundem humerum protensum portans.

Aureus NR.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Laur. et barb.
PONTIF. TR. P. XII. COS. III. Mars gradivus, dextrâ ramum, sinistrâ tropaeum portans.

Argts.

M. AUR. ANTON. CAES. PONTIF. Caput juvenile absque coronâ
MARTI ULTORI. Mars gradivus adversus dextrâ demissâ

CARACALLA

demissâ hastam cuspide sursum versâ, sinistrâ elevatâ tropæum, super humerum sinistrum prorsum portans.

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Caput Laur. et barb. (Argt.)

MARTI PACATORI. Figura galeata aversa stans superiore corporis parte nuda, dextrâ extensâ ramum tenens, sinistram demissam imponens clypeo, ad pede sinistrum cum hasta posito

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Caput laur. et barbatum. (Argt.)

MARTI PROPUGNATORI. Mars gradivus aversus dextrâ extensâ hastam tenens, sinistrâ tropæum portans.

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput Laur. et barb. (Argt.)

P.M. TR.P. XVIII. COS. IIII. P.P. Figura pectore nudo stans, dextrâ baculum tenens, cui serpens circumvolutus, et huic baculo adstat icuncula. ad sinistru pedem est globus.

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. L. et barb. (Aer. ruber minor. elegans.)

P.M.TR.P.XVIII. COS.IIII. P.P. Figura aversa stans inter S.C. seminuda, dextrâ demissâ baculum terræ infixum, circa quem anguis circumvolvitur, per medium tenens, ad pedem sinistru est globus.

ANTONINUS AUGUSTUS. Cap. juvenile laur. (Argt. elegans.)

RECTORI ORBIS. Figura nuda à pectore ad pedes aversa stans, dextrâ extensâ globum, sinistrâ elevatâ pilu cuspide terræ infixum tenens.

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb. (Argt.)

P.M.TR.P. XV. COS. III. P.P. Hercules nudus stans, dextrâ extensâ ramum, sinistrâ clava cu exuviis leonis tenens.

ANTONINUS

CARACALLA

Argt. — ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb. P.M. TR.P. XVI. COS. IIII. P.P. Figura nuda aversa stans, dextrâ extensâ ramum, sinistrâ clavam & brachio sinistro dependent exuviae leonis.

Argt. NR. — Alius: ANTONINUS PIUS FEL. AUG. Caetera ut superiores.

Argt. — ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. L. et barb. P.M. TR.P. XX. COS. IIII. P.P. Figura aversa radiata ad pectus usq. nuda stans, dextram in sublime attollit, sinistrâ, tegumento ab humero sinistro dependenti involutâ, flagrum tenet.

2. Argt. NR. — Argentei alii duo superiore majores cum capitibus radiatis. Cetera non differentes.

Argt. — ANTONINUS PIUS AUG. Cap. iuvenile laur. VOTA SUSCEPTA X. Figura velata aversa stans dextrâ pateram, super aram accensam tenens, sinistram velo involvens.

Argt. major. — ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput radiatum et barbatum. VENUS VICTRIX. Figura muliebris seminuda aversa stans, capite coronato, dextrâ extensâ victoriolam, sinistrâ hastam. Ad pedem sinistrum est clypeus fulcro impositus, cui sinistro cubito innititur.

Argt. NR. — Alius Argent. superiore minor cu capite radiato idem.

Argt. elegans. — Alius elegans in cujus facie posteriore victoriola, quam figura stolata tenet in altum erectis alis cernitur.

Aer. minor ruber aerugine viridi inductus. — ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. Laur. et barb. VENUS VICTRIX. Figura stans aversa inter S.C. dextrâ extensâ victoriolam, sinistrâ in gremio repositâ sceptru tenens. Ad pedem sinistru est scutu.

---NINUS

CARACALLA

- - - - - - - - NINUS GERM. Cap. Iuvenile capillis rigentibus. | Aer. subflav. R.

- - - - - - - - - - - Figura galeata et stolata stans aversa inter S.C. dextram imponens scuto, sinistrâ hastam tenens.

IMP. CAE. M. AUR. ANT. AUG. P. TR. P. Caput juvenile Laureatum. | Argts.

MINER. VICTRIX. Figura galeata sive Pallas aversa stans stolata dextrâ extensâ victoriolam, sinistrâ elevatâ pilum cuspide terræ infixum tenens. A tergo est tropeum et ante pedes clypeus.

IMP. CAES. M. AUR. ANTON. AUG. cætera ut supra. | Argts. R.

IMP. CAES. M. AUR. ANTON. AUG. Cap. Iuvenile laur. | Argts.

IUVEN. - - - - Figura militaris habitu succincto aversa stans, dextrâ extensâ tenens globum, cui insistit victoriola, sinistrâ elevatâ pilum, cuspide terræ infixum tenens. Ad pedem dextrum assidet captivus.

- - - ANTONINUS PIUS AUG. Caput juvenile L. | Argts. R.

- - - PONTIF. TR. P. VIII. COS. II. Figura aversa insidens sellæ, pedesq; scabello imponens, dextrâ pateram super aram tenens, sinistrâ sellæ incumbens.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. juvenile. L. | Argts.

PONTIF. TR. P. VIII. COS. II. Figura stolata sella aversa insidens, dextrâ extensâ tenet pateram, quâ cibum præbet serpenti, qui ex ara ante pedes figuræ sedentis posita sese erigit. Sinistro brachio posteriori sellæ fulcro incumbit.

ANTONINUS AUGUSTUS. Cap. Iuvenile L. | Argts.

SAL. GEN. HUM. Figura stolata aversa stans dextra demissam porrigens puerulo in genua procumbenti sinistrâ elevatâ tenens hasta terræ infixa, circa quam anguis circumvolvitur:

ANTONINUS

CARACALLA

Argt. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Caput Laur. et barb.
P. M. TR. P. XV. COS. III. P. P. Figura aversa insidens sella dextrâ pateram, forsan super aram tenens, sinistrâ verò cornu copiæ.

Argt. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. Laur. et barb.
P. M. TR. P. XV. COS. III. P. P. Dea Salutis aversa insidens sella, dextrâ extensâ pateram serpenti aræ circumvoluto admovens, sinistrâ in sellam recumbente, cornu copiæ tenens.

Argt. IMP. ANTONINUS AUG. Cap. L. Juven.
PROVID. DEORUM. Figura stolata stans, dextrâ demissâ radium deorsum, sinistro brachio, quo columnæ innititur, cornu copiæ amplectens, pedemq. sinistrum dextro superimpositum versus globum protendens.

Argt. IMP. ANTONINUS AUG. Caput juvenile L.
PROVID. DEORUM. Figura stolata aversa stans, dextrâ extensâ globum, sinistrâ cornu copiæ tenens.

Aer. maj. flavus fuscâ ærugine. M. AUREL. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Caput Laur. et barbat.
PROVIDENTIAE DEORUM. Figura stolata aversa stans inter S. C. dextrâ demissâ radium, sinistrâ elevatâ hastam tenens. Ad pedem dextrum est globus.

Aer. alius flavus minor superiore. NR. - - - L. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Caput et figura ut supra.

Aer. flavus minor. - - - ANTONINUS PIUS AUG - - - Cap. L. et barb.
PROVIDENTIAE - - - Figura ut supra.

Argt. NR. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb.
PROVIDENTIAE DEORUM. Figura stolata aversa stans, dextrâ demissâ radium, sinistrâ elevatâ hastam tenens, ad pedem dextrum globus est.

Argt. elegans. ANTONINUS PIUS AUG. Caput juvenile L.
FELICITAS

CARACALLA

FELICITAS AUGG. Figura stolata aversa stans, dextrâ extensâ caduceum, sinistrâ cornu copiæ tenens. — Argt.

M. AUR. ANTON. CAES. PONTIF. Caput juvenile absq; coronâ.

- - - - - II FELICITAS. / forsan IMPERII FELICITAS /: Figura stolata aversa stans, dextrâ demissâ ramum deorsum tenens, sinistram stolæ involvens.

ANTONINUS PIUS AUG. Caput juvenile laureat. — Argt. elegans.

VIRTUS AUGG. Figura galeata habitu succincto aversa stans, dextrâ ~~aversâ~~ victoriolam exte(n)sâ, sinistrâ elevatâ hastam in terrâ defixam tenens.

Alius: ANTONINUS AUGUSTUS. Cap. L. Juvenile. — Argt. NR.

VIRT. AUGG. Figura ut supra.

IMP. CAES. M. AUR. ANTONINUS PIUS AUG. Caput juvenile L. — Aer. minor ruber fuscâ ærugine.

FORTUNAE REDUCI. Figura stolata aversa stans inter S.C. dextrâ demissâ radium, quo tangit temonem globo impositum, sinistrâ cornu copiæ tenens.

ANTONINUS PIUS AUG BRIT. Cap. L. et barb. — Argt.

FORT. RED. P. M. TR. P. XIIII. COS. III. P.P. Figura stolata aversâ stans, dextro brachio cornu copiæ comprehendens, sinistro innitens temoni inverso qui globo ad pedem sinistrum superimponitur.

ANTONINUS PIUS FEL. AUG. Cap. Laur. et barb. — Argt. NR.

MONETA AUG. Dea moneta stans aversa stolata, dextrâ extensâ bilancem, sinistrâ cornu copiæ tenens.

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cætera non differens â superiore. — Argt.

Alius: ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput et figura ut supra. — Argt. NR.

ANTONINUS

195

Argt.

CARACALLA

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Iuvenile L.
CONCORDIA FELIX. Imperator aversus stans, dextram jungit Imperatrici adversæ.

Aer. major flavus viridi ærugine totus obductus.

M. AUREL. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. Laur. et barb.
CONCORDIAE AUG. Duæ figuræ habitu succincto stantes seque invicem adspicientes dextras jungunt, et quidem illa, quæ adversa stat, sinistrâ elevatâ hastam tenet terræ infixam, imponiturque ei, â figura quadam alia â tergo ipsius stante corona. Hæc verò quæ aversa stat, sinistrâ taberi injectâ tenet sceptrum et â tergo hujus etiam adstat alia figura â quâ itidem ipsi corona imponitur. Infra est S.C.

Argt: elegans.

IMP. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. juvenile L.
SECURITAS SAECULI. Figura stolata sellæ adversa insidens, dextro brachio in apicem sellæ reposito caput fulciens, sinistrâ elevatâ scipionem vel hastam tenens.

Argt.

M. AUR. ANTONINUS CAES. Caput juvenile absque corona.
SECURITAS PERPETUA. Figura galeata et stolata stans aversa, dextrâ demissa clypeum, pedi dextro appositum, sinistrâ elevatâ pilum cuspide terræ infixum tenens.

Argent. M.

Alius: M. AUR. ANTON. CAES. PONTIF. Cætera â superiore nondifferens.

Aer. medioc. flavus

M. AUREL. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb.
SECURITATI PERPETUAE. Figura stolata adversa insidens sellæ, cui cubito dextro, quo caput fulcit innititur. Sinistrâ hastam terram versus tenens. Ad pede dextrum est vasculum, et infra S.C.

CARACALLA

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb. — Argts.
P. M. TR. P. XVI. COS. IIII. P. P. Figura Libertatis aversa stans, dextrâ extensa pileum, sinistrâ elevatâ hasta in terra defixam tenens.

--- CAES. M. AUR. ANTONINUS PIUS AUG. Caput Laur. et primâ lanugine decorum. — Aer. minor subflavus elegans. NR.
LIBERTAS AUG. Figura Libertatis aversa stans inter S. C. dextrâ demissâ pileum, sinistrâ elevatâ scipionem tenens.

Alius ejusdem magnitudinis sed vetustate arrosus, cum capite radiato, cetera non differens. — Aer. minor flavus.

IMP. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. iuvenile Laur. — Argts. elegantissimus.
P. M. TR. P. COS. II. P. P. Figura laureata aversa insidet sellæ plicabili in substructione dextram extendens, sinistrâ demissâ scipionem tenens. Huic dorsum obvertit figura alia stolata et coronata stans in substructionis ejusdem extremo, ad quod scala apposita est, dextrâ extensâ tesseram frumentariam, sinistrâ cornu copiæ tenens. Eam adscendit figura quædam parva, congiarium acceptura. Infra est LIB. AUG. II.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. L. imberbe. — Argts.
IIII. LIBERALITAS AUGG. Figura stolata aversa stans, dextrâ elevatâ tesseram frumentariam, sinistrâ demissâ cornu copiæ tenens.

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb. — Argts. elegans.
LIBERALITAS AUG ~~ES~~. VI. Figura stolata aversa stans, dextrâ extensâ tesseram frumentariam, sinistrâ cornu copiæ tenens.

Alius cum hac inscriptione anteriore, ANTONINUS PIUS AUG. et capite non barbato. Cætera non differens. — Argts.

Alius.

CARACALLA

Argt. ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. Laur. et barb.
LIBERAL. AUG. VIIII. Figura ut supra.

Argt. elegans. R. IMP. C. M. AUR. ANTON. AUG. P. TR. P. Caput juvenile Laur.
JUSTITIA. Figura stolata sella aversa insidens dextrâ extensâ pateram, sinistrâ elevatâ hastam in terrâ defixam tenens.

Aer. minor flav. fuscâ aerug. R. ANTONINUS PIUS AUG. PONT. TR. P. VI. Cap. Juvenile Laur.
INDULGENTIA AUGG. Juno leone vecta, dextrâ scutum, sinistrâ hastam tenens. Post eandem est rupes in aqua posita. Ante leonis pedes anteriores est S.C. Infra aquam est IN CARTH.

Argt. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Juvenile Laur. Caetera non differens.

Argt. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb.
INDULG. SECUNDAE. Figura aversa et stolata, insidens sella plicabili, dextram extendens, sinistrâ hastam per transversum tenens.

Argt. - - - - ANTONINUS CAES. Caput juvenile absq. corona.
SPEI PERPETUAE. Figura Spei stolata stans aversa dextrâ extensâ trifolium tenens, sinistrâ demissâ stolam levans.

Argt. IMP. CAES. M. AUR. ANTONINUS AUG. Cap. Juvenile Laur.
FIDES EXERCITUS. Figura stolata aversa insidens sellae inter duo signa militaria, quorum unum ante se habet, alterum â latere sinistro â tergo

tergo apprehendit, dextrâ extensâ forsan turturem.

IMP. CAE. M. AUR. ANT. AUG. P. TR. P. Caput juvenile Laur. — Argt.

FIDES PUBLICA. Figura stolata stans adversa, dextrâ demissâ duas spicas deorsum, sinistrâ elevatâ pateram cum frugibus tenens.

ANTONINUS PIUS AUG. Caput juvenile L. — Argt. NR.

PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Figura equestris adversa, dextrâ hastam, cuspide sursum versa, per transversum tenens; infra est PROF.

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Caput ejus Laur. et barb. — Argt.

PROFECTIO AUG. Figura adversa gradiens utraq; manu hastam tenens. Post tergum ipsius sunt duo signa militaria.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. juvenile L. — Argt.

ADVENT. AUGG. NAVIS pretoria, in qua quatuor remiges cū totidem remis conspiciuntur. Hisce remigibus deorsum obvertit figura quaedam adversa stans in loco elevatiore, alloquens quasi tres alias figuras ante ipsam sedentes.

Alius. Utraq; inscriptio eadem. Navis pretoria cum quinq; remigibus et sex remis. caetera ut supra. — Argt.

Alius. Eadem inscriptio anterior, sed posterior haec: Navis pretoria cum quinq; remigibus adversis. Ex adverso horum tres sunt figurae sub tecto, et supra illud adstant duae. Supra navem est ADVENT. et infra AUGUSTOR. — Argt. NR.

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb. — Argt. NR.

P. M. TR. P. XIIII. COS. III. P. P. Victoria adversa gradiens

gradiens dextram in sublime porrigit, sinistrâ portat palmam super humerum sinistrum protensam.

Aer. minor ruber fuscâ aerugine elegantissimus. NR.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Laur. et primâ lanugine ornat.
PONTIF. P. TR. XII. COS. III. Victoria seminuda adversa stans inter S.C. sinistrâ tenens scutum trunco palmae impositum, dextrâ eidem aliquid inscriptura, sinistro pede galeam calcat.

Argt.

ANTONINUS IMP. AUG. Cap. juvenile L.
VICTORIA AUG. Victoria gradiens, dextrâ extensâ coronam ostentans, sinistrâ palmam tenens.

Argt.

IMP. ANTONINUS AUG. Cap. L. imberbe.
VICTORIA AUG. Victoria aversa gradiens, dextrâ sertum ostentans, sinistrâ ramum portans.

Argt.

IMP. CAES. M. AUR. ANTONINUS AUG. Cap. juvenile L. et barb.
VICTOR. ANTONINI AUG. Victoria gradiens adversâ, dextrâ elevatâ coronam ostentans, sinistrâ demissâ palmam, per sinistrum humerum protensam portans.

Argt.

ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb.
VICTORIAE BRIT. Victoria adversa gradiens, utraque manu tropaeum per transversum portans.

Aer. flavus medioc.

— — — — REL. ANTONINUS PIUS AUG. — — — — Cap. L. et barb.
Forsan: VICT. BRIT. — — — — In medio tropaeum trunco impositum, cui victoria sinistro pede galeâ calcans dextram admovet. E regione hujus (Victoriae) figura velata adstat, ante quam captivus humi desidet. Infra est S.C.

ANTONINUS

CARACALLA

ANTONINUS PIUS FEL. AUG. Caput laureatum et barbatum.
VICTORIA GERMANICA. Victoria gradiens aversa, dextrâ elevata lauream, sinistrâ demissâ tropaeum, per eundem humerum protensum portans. — Argteus elegans. 3307

Aureus idem. — Aureus.

ANTONINUS PIUS AUG. Caput juvenile L.
VICT. PART. MAX. Victoria gradiens aversa, dextrâ extensâ coronam ostentans, sinistrâ demissâ ramum palmae sursum tenens. — Argts.

ANTON. P. AUG. PON. TR. P. VII. Caput juvenile laur. et imberbe.
VICTORIA PARTHICA MAXIMA. Victoria aversa gradiens dextrâ elevatâ coronam ostentans, sinistrâ demissâ lauream sursum tenens. — Argenteus elegantissimus.

ANTONINUS AUGUSTUS. Caput juvenile L.
SEVERI PII AUG. FIL. Figura sive Imperator stans aversus habitu succincto, dextrâ extensâ victoriolam sinistrâ elevatâ hastam in terrâ defixam tenens. Ad pedem dextrum desidet figura quaedam parva, quam provinciam lugubrem interpretatur Occo. — Argts.

M. AUR. ANTO. ----- CAES. Cap. juvenile absque laurea.
SEVERI PII FIL. Signa Pontificalia, lituus, secespita, patera urceolus in medio simpullum et aspergillum. Infra S. C. — Aer. minor vetustate consumptus.

M. AUR. ANTONINUS CAES. Caput juvenile absque corona.
SEVERI AUG. PII FIL. Signa Pontificalia scilicet lituus, secespita, urceus, capeduncula et aspergillum. — Argts.

M. AUR. ANTONINUS CAES. Caput juvenile absque corona. — Aer. flavus elegantissimus.

SEVERI

198

52

CARACALLA

SEVERI AUG. PII FIL. Vaſa pontificalia vi-
delicet lituus, ſeceſſpita, patera, urceus in medio,
capeduncula et aſpergillum.

Aer. minor. M. AUR. ANTON---- CAES. Cap. iuvenile absq. laur.
SEVER---PII F. Lituus, ſeceſſita, patera, urceus
capeduncula, aſpergillum infra S.C.

Argt. M. AUR. ANT----- PONTIF. Caput
juvenile absq. corona.
DESTINATO IMP.---- Signa Pontificalia
ſcilicet: Lituus, albo galerus, et ut videtur caput
bubalum et aſpergillum.

Argt. AR. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. iuvenile Laur.
VOT. SUSC. DEC. PON. TR. P. V. COS. Figura ve-
lata averſa ſtans, dextrâ extenſâ pateram ſuper
aram accenſam tenens, ſiniſtra velo involvens.

Argt. AR. IMP. CAES. M. AUR. ANTON. AUG. Caput
juvenile Laur.
PONTIF. MAX. TR. P. II. Figura habitu ſuccincto
averſa ſtans, dextrâ extenſâ globum, cui victori-
ola inſiſtit, ſiniſtrâ elevatâ pilum, cuſpide terra
infixum tenens. Ante pedes deſidet figura quadã
parva pileata, dextrâ caput fulciens, forſan captiva.

Aureus. AR. ANTONINUS AUGUSTUS. Cap. L. iuvenile.
PONT. TR. P. II. Cetera idem.

Argt. AR. IMP. ANTONINUS AUG. Caput iuvenile Laur.
P. M. TR. P. II. COS. II. P. P. Figura virilis averſa gradi-
ens dextrâ elevatâ victoriolam ſiniſtrâ ſceptrũ.
Ad pedem dextrum est captivus.

Aer. min. aerug. fuscâ ſplendens. R. M. AUR. ANTONINUS PIUS AUG.
Caput Laur. iuvenile.
PONTIF. TR. P. III. et infra COS. II. Navis

prætoria in aquis, cum quinq; remigibus, in prorâ
et puppi singula persona.

ANTONINUS AUGUSTUS. Cap. Laur. Iuvenile
P. MAX. TR. P. III. Figura galeata et stolata scuto aversa
insidens, dextrâ extensâ victoriolam, sinistrâ eleva-
tâ hastam in terrâ defixam tenens. Argts. R.

ANTONINUS AUGUSTUS. Cap. Iuvenile L.
PONTIF. TR. P. III. Figura nuda aversa stans, dextrâ
extensâ globum, sinistrâ elevatâ hastam, cuspide
in terrâ defixam tenens. Argts.

ANTONINUS PIUS AUG. Caput Laur.
PART. MAX. PONT. TR. P. IIII. Tropaeû ad cujus
truncum utrinq; assidet captivus, dextrâ ca-
put fulciens. Argts.

Alius cum hâc posteriore inscriptione: PART. MAX.
PONT. TR. P. V. COS. Argts.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Iuvenile Laur.
PONT. TR. P. VI. COS. Figura galeata habitu succincto
et aversa stans, dextrâ ~~aversa~~ extensâ victoriolam,
sinistrâ elevatâ hastam terra infixam tenens. Argts.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. L. imberbe.
PONT. TR. P. VI. COS. Figura galeata veste succinctâ,
dextrâ tenens globum, cui imposita victoriola, sini-
strâ sursum inflexâ hastam. Argts.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Iuvenile L.
PONTIF. TR. P. VIII. COS. II. Figura galeata aversa
stans, dextrâ demissâ ramum deorsum, sinistrâ
elevatâ hastam in terrâ defixam tenens, dex-
troq; pede galeam calcans. Argts.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Iuvenile L. Argts.

PONTIF.

CARACALLA

PONTIF. TR. P. VIIII. COS. II. Figura equestris, adversa, dextrâ hastam tenens.

Argts. 2 — ANTONINUS PIUS AUG. Caput Juvenile L.
PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Figura militaris galeata gradiens dextrâ hastam cuspide sursum versa, per transversum tenens, sinistro brachio scutum obtendens.

Argts. — ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Juvenile L.
PONTIF. TR. P. XI. COS. III. Figura equestris adversa dextrâ hastam tenet per transversum, et captivu inter anteriores equi pedes in genua procumbentem supplantat. Infra est. PROF.

Argts. — ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Caput Laur. et barb.
PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. Figura stolata aversa insidens sella dextrâ pateram, genu dextro impositam sinistrâ cornu copia tenens.

Argts. — Alius cum ANTONINUS PIUS AUG et TR. P. XII. cetera non differens.

Argts. — ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb.
PONTIF. TR. P. XIII. COS. III. Figura galeata adversa stans, dextrâ elevatâ hastam sinistrâ parazonium tenens, sinistroq. pede elevato galeam calcans.

Argts — Alius. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. ut supra et TR. P. XIII.

Argts. — Alius cum TR. P. XI.

Aer. may. flavus viridi aerugine totius obductus. — M. AUREL. ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. Cap. Laur. et barb.
P. M. TR. P. XV. COS. III. P. P. Figura galeata aversa stans, inter S. C. dextrâ extensâ tenens victoriolam, sinistram, quâ hastam obliquam amplectitur, imponens scuto ad pedem sinistru posito, ante pede dextru assidet captivus.

Alius

CARACALLA

Alius cum hac anteriore inscriptione --- ANTONINUS PIUS AUG. BRUT. cætera non differens. — Aer. minor Subflavius elegans. NR.

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput radiatum et barbatum.
P.M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. IIII. P.P. Figura eadem quæ supra inter S.C. dextrâ extensâ tenens victoriolam, quæ dextrâ suâ elevatâ coronam ostentat, sinistrâ palmam portat per humerum sinistrum protensam — Aer. minor Subflav. fuscâ ærugine splendens elegantissimus.

M. AURELIUS ANTONINUS PIUS AUG. BRIT. P.M. TR. P. XVI. Caput Laur. et barbatum.
IMP. II. COS. IIII. P.P. IMPERATOR sive figura adversa stans in quadrigis inter S.C. dextrâ extra currum demissâ Scipionem, sinistrâ equorum frenos tenens. — Aer. Subflavus major. fuscâ ærugine elegans.

Alius æreus flavus, elegantis quidem artificii, sed non absque suspicione novitatis idem, sive Paduani. — Aer. flavus elegans.

ANTONINUS PIUS FEL. AUG. Cap. L. et barb.
P.M. TR. P. XVI. COS. IIII. P.P. Figura virilis stolata aversa stans, capitique superimpositum habens quasi diadema turritum, dextram elevatam extendit, sinistrâ demissâ, Scipionem aut radium tenet. A brachio sinistro dependet pars tegumenti, quo inferiorem corporis partem tegit. — Argts.

Alius cum ANTONINUS PIUS AUG. BRIT cætera idem — Argt. NR.

Alius superiore major: ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput radiatum et barb.
P.M. T. --- VII. :(forsan XVII.): COS. IIII. P.P. Figura ut supra aversa stans, quæ tamen sinistrâ demissâ hastam duobus quasi nodiis in utraque extremitate ornatam tenet. — Argts. major. NR.

Alius ejusdem magnitudinis cum proximè antecedente, idem cum — Argts. NR.

CARACALLA

Idem cum TR. P. XVIII. ubi hasta, quam tenet figura, superius tribus, inferius autem duobus nodis ornatur.

Argt. Mr. — Alius paulo minor cum TR. P. XVIII. et hasta pura.

Argt. Mr. — ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput Laur. et barb.
P. M. TR. P. XVIIII. :/prima scilicet unitatis nota productiore/: COS. IIII. P. P. Figura ut supra cu hasta pura.

Argt. Mr. — Alius etiam cum TR. P. XVIIII. Idem.

Argt. — Alius superiore major cum TR. P. XVIIII. sed capite radiato et barbato.

Argt. — ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. L. et barb.
P. M. TR. P. XVII. COS. IIII. P. P. Figura stolata aversa stans, dextra extensa ramum, sinistra stola involuta scipionem tenens.

Aer. medioc. flav. — M. AUREL. ANTONINUS AUG. GERM. Caput Laur. et barb.
P. M. TR. P. XVII. IMP. III. COS. IIII. P. P. Figura galeata aversa stans inter S. C. dextra extensa victoriolam tenens, sinistram, qua simul hastam terrae infixam amplectitur, scuto ad pedem sinistrum posito imponens. Ante pedem dextrum assidet captivus.

Argt. — ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. L. et barb.
P. M. TR. P. XVII. COS. IIII. P. P. Figura petasata et vestita veste longa; dextra ramum tenens, sinistra vesti involuta scipionem, versus terra pendente.

Argt. — ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. Laur. et barb.
P. M. TR. P. XVIII. COS. IIII. P. P. Figura stolata aversa stans, utraq. manu extensa signum militare in terra defixum tenens.

ANTONINUS

CARACALLA

343

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput Laur. et barb. | Argts.

P.M.TR. P.XVIII. COS.IIII. P.P. Figura stolata aversa stans inter duo signa militaria, quorum dextrum paulo remotius dextrâ manu exsertâ tenet, sinistrum sinistro brachio amplectitur.

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Caput radiatum et barb. | Argts. elegans. NR.

P.M.TR.P.XVIII. COS.IIII.P.P. Leo jubare radiante aversus gradiens ore fulmen tenet.

ANTONINUS PIUS AUG GERM. Caput L. et barb. | Aer. minor ruber elegantissimus.

P.M.TR.P.XX. COS.IIII. P.P. Leo gradiens ut supra, infra quem S.C.

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. L. et barb. | Argts. NR.

P.M.TR.P.XVIII. COS.IIII. P.P. Figura virilis aversa et radiata, inferiore corporis parte â pectore ad pedes usq; nuda, dextram in sublime tollit, sinistrâ extensâ globum tenet. A brachio sinistro tegumentum dependet.

Alius superiore major cum capite radiato et barbato, cætera non differens. | Argts.

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. L. et barb. | Argts.

P.M.TR.P.XVIIII. COS.IIII. P.P. Figura nuda stans dextrâ demissâ partem tegumenti, quod ab utroq; humero utrinq; dependet, tenens, sinistrâ elevatâ hastam in terram defigens.

ANTONINUS PIUS AUG. GERM. Cap. L. et barb. | Aureus.

P.M.TR.P.XX. COS.IIII P.P. Figura seminuda, capite turrito stans, dextrâ corollam, sinistrâ hastam tenens.

M.AUR.ANTON.---- Cap. iuvenile capillis ripentibus. | Aer. minor ruber.

----- IIS vel TIS. Figura aversa habitu succincto stans

201

CARACALLA

stans, dextram demittens, sinistrâ hastam te-
nens. Ab humero super manum sinistram
dependet pars tegumenti. A tergo adstat
tropaeum, terrae infixum. Figura autem et
tropaeum sunt inter S.C.

Argt. PLAUTILLA AUGUSTA. Caput vit-
tatum ut in titulo PIETAS.
VENUS VICTRIX. Figura Veneris aversa se-
minuda stans, dextrâ elevatâ malum, sinistrâ
palmam tenens, sinistro brachio, clypeo ad pede
sinistrum posito innititur. Ante pedes est pu-
erulus alatus sive Cupido, etiam malum portans.

Argt. PLAUTILLA AUGUSTA. Caput Plautillae
capillis vittatum, parvo glomo supra cervicem.
PIETAS AUGG. Figura stolata adversa stans coro-
nâ radiatâ, dextrâ elevatâ hastam in terrâ
defixam tenens, sinistro brachio puerulum.

Aer. minor sub-flavus fuscâ aerugine. Aereus. Eadem inscriptiones eademq; figura inter
S.C.

Argt. PLAUTILLA AUG. Quinq; funiculi caput
secundum latitudinem ornant, desinuntq; in
funiculum oblongum.
CONCORDIAE. Figura aversa insidens sellae, dex-
trâ pateram, sinistrâ cornu copiae tenens.

Argt. PLAUTILLA AUGUSTA. Quinq; vel sex funiculi,
per latitudinem capitis positi caput ornant.
CONCORDIA AUGG. Figura stolata aversa stans
dextrâ extensâ pateram, sinistrâ hastâ tenens.

PLAUTILLAE

CARACALLA

P. PLAUTILLAE AUGUSTAE. Caput ut in PROPAGO IMPERI. Argt.

CONCORDIAE AETERNAE. Duae figurae sive Imperator et conjux stantes. Haec scilicet adversa, ille verò aversus, dextram jungunt.

P. PLAUTILLAE AUGUSTAE. Septem funiculi secundum longitudinem capitis positi, desinunt in glomum curtum ad occiput. Argt.

P. PROPAGO IMPERI. Figura virilis aversa dextram jungit figurae muliebri adversae, sive Imperator et conjux dextras jungentes.

GETA

P. SEPT. GETA CAES. PONT. Caput juvenile absq; ullo diademate. Argt.

PRINC. IUVENTUTIS. Figura aversa et habitu suo cincto stans dextrâ demissâ forsan pugionem, sinistrâ hastam in terrâ defixam. A tergo est tropaeum scuto impositum.

Alius cum PRINC. IUVENT. ubi figura stans dextrâ demissâ tenet ramum, sinistrâ elevatâ hastam, cuspide terrae infixâ. Argt.

P. SEPT. GETA CAES. PONT. Caput juvenile absq; coronâ. Argt.

NOBILITAS. Figura stolata adversa stans, dextrâ elevatâ hastam, in terrâ defixam, sinistrâ extensâ palladium tenens.

P. SEPTIMIUS

GETA

1346 Argt. — P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput juvenile absq; laurea

MARTI VICTORI. Mars gradivus adversus, dextrâ demissâ hastam cuspide sursum versâ, sinistrâ elevatâ tropaeum per eundem humerum protensum portans.

Argt. — P. SEPT. GETA. CAES. PONT. Caput ejus juvenile.

CASTOR. Figura nudâ aversa, sinistrâ demissâ tenet scipionem, dextrâ verò frenū equi gradientis.

Argt. — P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput juvenile absq; corona.

PONTIF. COS. Figura galeata et stolata stans dextrâ demissam imponens clypeo, ad pedem dextrum posito, sinistrâ elevatâ hastam in terrâ defixam tenens.

Aer. minor flavus. elegans. — P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput ejus juvenile absq; coronâ.

PONTIF. COS. II. Figura galeata et stolata aversa insidens sellae plicatili dextrâ extensâ tenet pateram, ex quâ serpens arbori ad pedes figurae surgenti ab imo ad summum circumvolutus, cibum capere videtur. Sinistrâ pectori appositâ tenet hastam per transversum. A tergo sub brachio sinistro est clypeus, post quem adstat puerulus, sinistro brachio pugionem tenens et infra. S.C.

Aer. medioc. flav. aerug. fuscâ elegans. — P. SEPTIMIUS GETA PIUS AUG. BRIT. Caput ejus laur. et barb.

--- TR. P. III. COS. II. P. P. Figura aversa solio insidens dextrâ elevatâ hastam in terram defigens, sinistrâ cornu copiae tenens. Ante pedes est figura parva, et sub sella videtur esse alia, et sub hac S.C.

Argt. — P. SEPT. GETA CAES. PONT. Caput juvenile absq; corona.

MINERV.

GETA.

MINERV. SANCT. Figura galeata et stolata si-
ve Minerva stans aversa, dextram demissam
imponens scuto ante pedem dextrum posito, si-
nistrâ elevatâ hastam, cujus cuspis terra in-
figitur, tenens.

P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput juvenile — Argts.
Cesareatum.

PROVID. DEORUM. Figura stolata aversa stans,
dextrâ demissâ radium, sinistrâ elevata hastam
in terrâ defixam tenens. Ante pedes est globus.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIUS AUG. Cap. — Argts.
Laur. et barb.

PONTIF. P.^{ti} TR. II. COS. II. Figura nuda aversa
stans coram arâ accensâ, dextrâ pateram, sini-
strâ duas spicas tenens.

P. SEPTIMIUS GETA PIUS AUG. BRIT. Caput — Aer. flavus
ejus Laur. et barb.

FORT. RED. TR. P. — — — — — Figura aversa insi-
dens sellæ, dextrâ demissâ radium, quo tangit te-
monem, sinistrâ cornu copiæ tenens. Sub sella
est rota, et infra S. C.

P. SEPT. GETA PIUS AUG. BRIT. Cap. Laur. et barb. — Argts.

FORT. RED. TR. P. III. COS. II. P.P. Fortuna adversa
decumbens humi, dextro brachio innitens rotæ,
sinistrâ cornu copiæ tenens.

P. SEPT. GETA. CAES. PONT. Cap. juvenile ejus — Argts.
absq; ullo diademate.

FELICITAS PUBLICA. Figura stolata aversa stans
dextrâ extensâ caduceum, sinistrâ cornu copi-
æ tenens.

P. SEPTIMIUS GETA CAES. Cap. ejus juven. absq; corona. — Argts.

FELICITAS

203

GETA

FELICITAS TEMPOR. Figura aversa stans, sinistrâ tenet cornu copia, dextram verò iungit dextra figura alius stolata et aversa stanti, sinistrâ elevatâ caduceum oblongum tenenti.

Argt. Alius cum utrâq; eâdem inscriptione, et unâ tantu figurâ stolatâ et aversâ, quæ dextrâ extensâ tenet caduceum, sinistrâ verò cornu copia.

S Argt. P. SEPT. GETA CAES. PONT. Caput ejus juvenile absq; corona.
FELICITAS AUGG. Eadem figura, quæ in proximè antecedente.

S Argt. P. SEPT. GETA PIUS AUG. BRIT. Caput ejus Laur. et barb.
PONTIF. TR. P. II. COS. II. Figura stolata aversa stans, dextrâ cornu copia, sinistrâ elevatâ caduceum tenens.

S Argt. P. SEPT. GETA CAES. PONT. Caput juvenile absq; corona.
SECURIT IMPERII. Figura stolata aversa sellæ insidens, dextrâ extensâ tenet globum sinistrâ verò sellæ innititur, pedemq; sinistru scabello imponit.

S Argt. minutus elegans. NR. GETA CAES. PONT. COS. Cap. Iuvenile absq; corona.
COS. Victoria aversa gradiens, dextrâ extensâ coronam sinistrâ lauream tenens.

S Argt. P. SEPT. GETA CAES. PONT. Caput ejus Iuvenile cæsareatum.
VICT. AETERN. Victoria aversa volitans utrâq; manu diadema gemmatum portans, ante pedes est scutum fulcro impositum.

Argt. L. SEPT. GETA PIUS AUG. BRIT. Cap. L. et barb.

ADVENTUS

GETA

ADVENTUS AUGUSTI. Imperator aversus eques dextram in sublime tollens, sinistrâ hastam tenens.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIUS AUG. Cap. l. et barb. PONTIF. TR. P. II. COS. II. Figura militaris aversa stans coram tropæo, cui sinistram admovet, dextram demissam imponit scuto ad pedem dextrum posito cu hastâ, infra est S.C. — Aer. minor subflavus.

P. SEPT. GETA PIUS AUG. BRIT. Cap. l. et barb. FID. EXERC. TR. P. III. COS. II. Figura velata et stolata aversa stans, utrâq; manu signum militare terræ infixum tenens. — Argts.

P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput juvenile absq; coronâ. SEVERI PII AUG. FIL. Signa Pontificalia videlicet lituus, secespita, urceus capeduncula et aspergillum — Argts.

P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput juvenile absq; coronâ. PONTIF. COS. II. Figura velata aversa stans, dextrâ extensâ pateram tenet super aram accensam. — Argts. NR.

P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput ejus cæsareatum et barb. PONTIF. COS. II. Figura nuda aversa stans, dextrâ extensâ pateram super aram accensam, sinistrâ demissâ quatuor spicas tenens. — Argts.

P. SEPTIMIUS GETA CAES. Cap. juvenile absq; corona. PONTIF. COS. II. Figura velata aversa stans, dextrâ extensâ pateram super tripodem accensum, sinistrâ tegumento involutâ scipionem tenens. — Argts.

Alius cum utrâq; inscriptione, ubi figura stolata dextrâ extensâ — Argts.

GETA.

trâ extensâ globum, sinistrâ verò scipionem versus terram tenet.

Argt.

GETA. CAES. PONT. COS. Cap. juvenile cæsareatum

VOTA PUBLICA. Figura velata aversa stans, dextrâ extensâ paterā tenens super aram accensam.

Argt. elegans.

P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput juvenile absq; coronâ.

GETA in quadrigis, dextram extendens, sinistrâ scipionem tenens cui aquila insidet expansis alis. Infra COS.

Argt.

P. SEPTIMIUS GETA CAES. Caput barbâ tonsâ.

PONTIF. COS. II. Figura equestris aversa captivum anterioribus equi pedibus subjacentem supplantans.

Aer. flav. mediocris. NR.

IMP. CAES. P. SEPT. GETA PIUS AUG. Caput Laur. juvenile.

PONT. – – – – – II. COS – – – Tres figuræ, quarum actiones non benè describi possunt, quod nummus vetustate corrosus sit.

Aer. minor flavus rubrâ et rugine.

– – – CAES. P. SEPT. GETA PIUS AUG. Caput juvenile Laureatum.

PONTIF. TR. P. II. COS. II. Figura stolata adversa stans inter S. C. dextrâ extensâ forsan scutum, sinistrâ demissâ et retrò inflexâ hastā, cuspide in terrâ defixam tenens. Ante pedes duo sunt pueruli, qui quasi elevatis manibus collidentes se invicem respiciunt.

Aer. minor obscurè flav. NR.

Λ. CE. ΓETAC KAI. Caput juvenile Getæ absq; ōt corona.

KOPK V. K – – – – – – – Figura Galeata et braccis laxis, sinistrâ hasta, dextrâ parazonium tenens, quæ pilā in utroq; extremo præfixā ostentat, major tn. insc.

Aer. medioc. NR.

– – – – – – – – Caput Getæ Laureatum.

– – – ΣIKH N Ω – – – – – Duæ quasi faces accensæ, quas ambiunt densi nodi.

MACRINUS

Macrinus

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Caput Laur. et barb. — Argts.
PONTIF. MAX. TR. P. COS. P.P. Jupiter nudus aversus stans, dextrâ fulmen, sinistrâ elevatâ hastam in terrâ defixam tenens.

Alius superiore paulò major. — Argts.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Caput Laur. barbâ tonsâ. — Aer. flavus major.
PONTIF. MAX. TR. P. P.P. Jupiter nudus aversus stans inter S. C. dextrâ fulmen, sinistrâ elevatâ hastam in terrâ defixam tenens

Alius aereus. Anterior inscriptio eadem cum superiore — Aer. ruber minor obscurè viridi aerugine splendens. elegans.
PONTIF. MAX. --- COS. II. P. P. Figura ut supra inter S. C.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. L. et barb. — Argts. elegans.
P. M. TR. P. II. COS. P.P. Figura stolata sive Imperator sellae plicatili veste longâ aversus insidens, dextrâ extensâ globum, sinistrâ stolae involutâ sceptru deorsu tenens.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Caput Laur. et barb. — Aer. major flavus. ab alterâ parte aeruginosus
PROVIDENTIA DEORUM. Figura stolata stans inter S. C. dextrâ demissâ radium, sinistrâ cornu copiae tenens, ad pedem dextrum globus est.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Caput Laur. et barb. — Argts. elegans
Figura eadem quae supra.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. L. et barb. — Argts.
FIDES MILITUM. Figura stolata stans adversa inter duo signa militaria, quae utrinq. apprehendit.

Alius argenteus: Eadem anterior inscriptio idemq. caput. — Argts.
PONTIF. MAX. TR. P. COS. P.P. Figura stolata inter duo signa militaria, ut supra.

IMP. C. M.

205

MACRINUS.

Argt. elegans

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. L. et barb.
SALUS PUBLICAE. Dea Salutis insidens sella aversa, dextrâ extensâ apprehendens serpentem, ex arâ se erigentem, eiqi sinistrâ pateram praebet tanquam illum cibatura.

Argt.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Caput Laur. et barb.
AEQUITAS AUG. Figura stolata aversa stans ~~dextrâ~~ dextrâ demissâ bilancem, sinistrâ cornu copiae tenens.

Argt. elegans.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Caput L. et barbatum.
ANNONA AUG. Figura aversa sellae insidens dextrâ extensâ duas spicas super vas frumentarium, ex quo spicae eminere videntur, sinistrâ cornu copiae tenens.

Argt. elegans.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. L. et barb.
P. M. TR. P. II. COS. P. P. Figura stolata et aversa stans dextrâ demissâ duas spicas super vas frumentarium, ex quo duae spicae eminent, sinistrâ cornu copiae tenens.

Argt. — Alius idem, in quo vas frumentarium tribus pedibus impositum cernitur.

Argt. Nr.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. L. et barb.
LIBERALITAS AUG. Figura stolata aversa stans, dextrâ extensâ tesseram frumentariam, sinistrâ cornu copiae tenens.

Argt.

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. Laur. et barb.
FELICITAS TEMPORUM. Figura stolata aversa stans dextrâ elevatâ caduceum, cujus inferius extremum ad terram pertingit, sinistrâ cornu copiae tenens.

2. Argt. — Argentei alii duo elegantes idem

IMP. C. M. OPEL.

Macrinus

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. Laur. et barb. — *Argt. elegans.*

SECURITAS TEMPORUM. Figura muliebris stans, dextrâ hastam elevans, sinistro brachio co-lumnæ innitens, pedemq. sinistrum dextro per transversum superimponens.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Caput Laur. et barb. — *Aer. minor ruber rubrâ ærugine obductus NR.*

VICT. PART. - - - TR. P. COS. II. P. P. Victoria adversa variis spoliis insidens, sinistrâ clypeum femori sinistro impositum tenens, dextram lateri dextro injiciens, infra est S. C.

Alius æreus superiore paulò minor viridi æru-gine idem — *Aer. flavus minor. NR.*

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. L. et barb. — *Argt. elegans.*

PONTIF. MAX. TR. P. COS. P. P. Figura stolata stans dextrâ elevatâ hastam tenet terræ infixam, sini-stro verò brachio incumbit columnæ, pedemq. sini-stru per transversu superimponit dextro

IMP. C. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. C. L. et b. — *Argt. elegans.*

PONTIF. MAX. TR. P. COS. P. P. Figura stolata a-versa stans, dextrâ elevatâ caduceum, cujus inferius extremu terræ infigitur, sinistrâ cornu copiæ tenens.

IMP. CAES. M. OPEL. SEV. MACRINUS AUG. Cap. Laur. et barb. — *Aer. minor ruber viridi ærug. splendens elegantissimus.*

PONTIF. MAX. TR. P. II. COS. II. P. P. Figura stolata aversa stans inter S. C. dextrâ elevatâ caduceum, cujus inferius extremum terræ infigitur, sinistrâ cornu copiæ tenens.

DIADUMENIA.

DIADUMENIANUS.

Argts. NR.

M. OPEL. DIADUMENIANUS CAES. Caput ejus juvenile radiatum.
PRINC. IUVENTUTIS. Figura aversa stans habitu succincto, dextrâ demissâ tenens baculu deorsum, sinistrâ lateri non nihil injectâ sceptrum. Ad levam stant duo signa militaria terra infixa se invicem non contingentia.

Argts. elegans. NR.

Alius superiore minor cum iisdem inscriptionibus, ubi caput non est coronatum.

Argts. elegans.

M. OPEL. ANT. DIADUMENIAN. CAES. Caput ejus absq; coronâ.
PRINC. IUVENTUTIS. Figura adversa succincto habitu stans inter tria signa militaria, quorum unum, quod à latere dextro terræ infixum stat dextrâ demissâ apprehendit, sinistrâ scipionem, super humerum sinistrum erectu tenens, reliqua duo signa sunt ad levam.

Argts.

Alius argenteus idem.

Aer. subflav. min. elegans. NR.

M. OPEL. ANTONINUS DIADUMENIANUS CAE. Reliqua ut in superiore, et ad genua figuræ stantis est S. C.

Aer. ruber fuscâ ærugine. NR.

Alius æreus, proximè antecedente paulò major, sed tamen pro CAE. legitur CAES.

Aer. ruber. NR.

Æreus alius ejusdem magnitudinis idem.

Argts. elegans.

M. OPEL. ANT. DIADUMENIAN. CAES. Caput juvenile absq; coronâ.
SPES PUBLICA. Figura stolata aversa stans, dextrâ extensâ trifolium, sinistrâ demissâ stolam tenens.

Alius

DIADUMENIANUS

Alius argenteus superiore paulò minor idem. — Argēs.

M. OPEL. ANT. DIADUMENIAN. CAES. Cap. Iuvenile absq; coronâ. — Aureus.
PIETAS AUG. Lituus, secespita, urceolus in medio, capeduncula et aspergillum.

HELIOGABALUS

IMP. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. L. — Argēs.
SUMMUS SACERDOS AUG. Figura stolata stans aversa, tegmine capitis Syriaco velata, dextrâ extensâ pateram super aram accensam, sinistrâ demissâ ramum palmæ tenens. Antrorsum è regione humerorum figuræ stantis sive supra pateram stella conspicitur.

IMP. ANTONINUS PIUS AUG. Caput Laur. primâ lanugine attonsâ. — Argēs. elegans.
INVICTUS SACERDOS AUG. Figura aversa stans habitu Barbarico, quem ex Herodiano describit Scholiastes Crosi, dextrâ extensâ pateram super tripodem accensum effundens, sinistrâ tunicæ, cujus pars ab humero sinistro dependet involutâ, ferulam tenens, supra pateram est sol radio uno sursum spectante productiore.

Alius quinq; cum aris aliter atq; aliter constructis, ad quarū basin, nescio quæ, res gelasi boum capita conspiciuntur. cætera non differentes nisi artificio. — Argēs.

IMP.

207

Heliogabalus.

Argts.

IMP. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. ejus Laur.
SACERDOS DEI SOLIS ELAGAB. Figura stola, lata adversa stans tegmine Barbarico dextrâ pateram tenens super aram accensam, sinistrâ ferulam. Super aram et paterâ est Sol radio ex superioribus uno productiore

Argts. major elegans. RR.

IMP. ANTONINUS AUG. Cap. juvenile radiatu.
JOVI CONSERVATORI. Jupiter aversus et nudus stans, dextrâ elevatâ fulmen obliquè tenens, sinistrâ hastam. Ad pedem dextrum est aquila, et â latere sinistro juxta hastam duo signa militaria, ex sinistro humero velum dependet.

Argts. minor.

Alius argenteus superiore minor:
IMP. ANTONINUS AUG. Cap. ejus Laureatum.
JOVI CONSERVATORI. Jupiter ut supra, dextrâ extensâ fulmen pectori obvertens, sinistrâ elevata hastam tenens, juxtâ quam erectum est signum unum militare. Ad pede dextru est aquila.

Argts.

Alius argenteus idem cu fulmine obliquo, ut in primo.

Argts. major.

IMP. CAES. M. AUR. ANTONINUS AUG.
Cap. ejus radiatum juvenile.
MARS VICTOR. Mars gradivus adversus dextrâ demissâ hastam cuspide sursum versâ, sinistrâ tropaum per humerum sinistru protensum portans.

Argts.

Argenteus alius paulò minor idem.

Argts.

Alius argenteus superiore paulò minor:
IMP. CAES. ANTONINUS AUG. Cap. ejus L. juvenile.
MARS VICTOR. Figura ut supra

Aureus.

Aureus nummus idem.

Argenteus alius

HELIOGABALUS

Argenteus alius, proximè antecedente major cu capite radiato. Cætera non differens à proximo. — Argts. NR.

Æreus: IMP. CAES - - - ANTONINUS - - - AUG. Cap. Laur. et juvenile.
MARS VICTOR. Mars ut supra. — Aer. minutus ruber NR.

ANTONINUS PIUS AUG. Cap. juvenile Laur.
VIRTUS AUGUSTOR. Figura galeata et stolata solio aversa insidens, dextrâ extensa tenet victoriolam, sinistrâ parazonium, sinistroq; cubito innititur scuto ad solium posito, pedesq; scabello imponit. — Argts. NR.

IMP. ANTONINUS AUG. Caput ejus juvenile radiat.
FIDES MILITUM. Figura stolata adversa stans, dextrâ extensâ labarum terræ infixum tenens, sinistrâ stola involutâ signum militare portans. — Argts. major.

Argentei alii duo minores superioribus cum capitibus Laureatis, cætera non differentes. — 2. Argts.

IMP. CAES. M. AUR. ANTONINUS AUG. Caput ejus juvenile radiatum.
FIDES EXERCITUS. Figura coronata et stolata sellæ aversa insidens inter duo signa militaria, quorum alterum ante pedes, alterum, quod sinistrâ manu apprehendit à latere sinistro ~~apprehendit~~ adstat. Dextrâ autem extensâ vel aquilam tenet, ut putat Occo: vel columbam aut cornicem: ut vult Scholiastes Crosij: cui et noster nummus assentiri videtur. — Argts.

Alius cum capite Laureato idem — — Argts. NR.

Alius superiore minor: IMP. CAES. ANTONINUS AUG. Caput Laureatum —
Eadem inscriptio, eademq; figura cum duobus signis militaribus. — Argts. NR.

Alius

Heliogabalus

Alius: IMP. ANTONINUS AUG. Cap. Iuvenile L. FIDES EXERCITUS. Eadem figura.

Argts. elegans. IMP. CAES. M. AUR. ANTONINUS AUG. Caput ejus Laur. SALUS ANTONINI AUG. Dea Salutis adversa stans stolata, sinistrâ extensâ tenens pateram, qua serpenti, quem dextrâ comprehendit, cibu probet.

Argts. NR. Alius superiore paulo major cum capite radiato, cetera idem.

Argts. NR. IMP. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Laur. P.M.TR.P. IIII. COS. III. P.P. Figura stolata aversa stans, dextrâ demissâ radium deorsum, sinistrâ cornu copiæ tenens, ante pedes est globus, et â latere sinistro Sol.

Argts. NR. IMP. ANTONINUS AUG. Caput ejus Laur. P.M.TR.P. II. COS. II. P.P. Figura stolata aversa stans dextrâ demissâ radium tenens, sinistrâ cornu copiæ columnæ impositum tenens, pedemque sinistrum dextro per transversum superimponens.

Argts. IMP. ANTONINUS AUG. Cap. Iuvenile. PROVID. DEORUM. Figura stolata stans, dextrâ radium tenens, sinistrâ cornu copiæ columnæ innixum. Sinistrum pedem dextro per transversum superimponens, ad quem est globus.

Argts. Alius idem cum capite Laur. ubi Providentia dextrâ globum portat, sinistrâ cornu copiæ absque columna.

Argts. IMP. ANTONINUS PIUS AUG. Caput ejus Laureatum FORTUNAE

FORTUNAE REDUCI. Figura stolata aversa stans pectore nudo, dextrâ demissâ radium, quo tangit temonem, dextro pedi appositum, sinistrâ cornu copiæ tenens. Argt.

Alius argenteus ærugine non nihil obductus:
--- ONINUS PIUS. FEL. AUG. Caput ut supra
FORTUNA REDUX. Figura aversa insidens rotæ, dextrâ forsan pateram, sinistrâ cornu cop. tenens. Argt.

IMP. ANTONINUS PIUS AUG. Cap. Iuven. L.
LIBERTAS AUG. Figura Libertatis coronata et stolata stans aversa pectore nudo, dextrâ demissâ tenens pileum, sinistrâ baculum aut virgulam. A latere sinistro sub virga est stella.

ANTONINUS PIUS FEL. AUG. Cap. Laur. Argt. NR.
TEMPORUM FEL. Figura stolata stans aversa, dextrâ extensa pateram tenens, sinistrâ stolæ involvens. Adstat ad Lævam caduceus terræ infixus

IMP. ANTONINUS AUG. Cap. Iuvenile radiatū. Argt. major.
TEMPORUM FELICITAS. Figura coronata et stolata stans aversa, dextrâ elevatâ caduceum, cujus inferius extremū ad terram pertingit, sinistrâ cornu copiæ tenens.

Alius cum capite laureato, cætera non differens. Argt.

IMP. ANTONINUS AUG. Cap. ejus juvenile Laur. Argt.
